





1721,5

FACULTATIS JURIDICÆ
DECANUS

JOH. HENRICH

Meier / JCTUS.

ELECTORALIS REGIMINIS CONSILIARIUS,
DECRETAL. PROF. PUBL. UNIVERSITAT. ET FA-
CULT. JURID. SENIOR NEC NON JUDICII PRO-
VINCIALIS ASSESSOR PRIMARIUS,

L. B. S. & O.

ERFORDIÆ,

Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.





Tudiorum artiumque libera-
lium favor haut parum com-
mendatur in jure, præprimis
in famosissima constitutione
Imperatoris Friderici Barba-
rossæ *Auth. Habita Cod.*
ne fil. pro patr. partim ob inibi expressas ratio-
nes, partim quòd, secundum Apulejum *apolog.*
1. referente Mornatio *ad l. 50. famil. hercis.* con-
tinuatio literati laboris omnem corpori gra-
tiam detergit, habitudinem tenuat, succum ab-
sorbet, colorem obliterat: hisce motus Plinius
lib. 6. epist. 17. omnes, qui aliquid in studiis præ-
stiterunt venerari, mirarique solitus fuit: tantæ
igitur molestiæ non immeritò variis extantiori-
bus juris beneficiis compensantur; etenim lon-
go usu receptum atque comprobatum est, scho-
lares,

lares, sub quibus discentes, & docentes compre-
henduntur, non modò ubivis locorum à præ-
stationibus personalibus esse immunes, sed quo-
que à gabellis, pedagis & vectigalibus adeò,
ut bonis literis injuriam inferre credatur, quis-
quis contrarium statuere conaretur, atque hoc
ipsum specialiter de immunitate vectigalium
quoad studiosorum librariam suppellectilem in-
telligendum monet *Ziegler. de jur. majest. lib.*
3. cap. 8. n. 7. § cap. seqq. c. 9. n. 3. Eisdem quo-
que *H. Grotius de J. B. & Pac. lib. 3. c. 2. n. 7.*
eximit ab executione repressaliarum arg. *citat.*
Auth. Habita. Hic quoque jure defenditur,
patrem posse filiosfamilias donare studiorum
causâ, neque propterea iste ad collationem ob-
ligatur cohæredibus; uti communiter sentiunt
Dd. neque ab hac sententia judicando receden-
dum autumant, cum quibus transigit quoque
Tiraquel. de privileg. pie causâ in procem. per l.
35. § 50. ff. famil. hercis. l. 4. Cod. eod. l. 31. §.
2. ff. de donation. l. 3. §. 4. ff. de donat. inter vir.
§ uxor. ob rationes, quòd Glossa causam stu-
diorum doti æquiparat; dotis autem causa do-
nata, rectè donata habentur, *cit. l. 35.* sic quo-
que

que libri legales armis comparantur, legesque armis *proem. Inst. & Constit. de Justin. Cod. confir. inpr. junct. l. 1. §. 15. ff. de collat.* requiritur tamen in filiofamilias hæc qualitas, ut sit vel Advocatus, vel Juris Doctor, ut habere possit quasi castrense peculium; sin autem patre vivente studia non absolvit & adhuc scholaris est, hujusmodi peculium possidere nequit, neque quasi castrensis peculii particeps intelligitur. Alimentis ad quorum præstationem parentes naturali jure adstricti sunt, educatio & institutio comprehenditur, omnibus itaque adnitantur viribus, quo liberi bonis moribus & artibus instruantur secundum illud vulgatum:

Si tibi sint nati, nec opes, tunc artibus illos

Instrue, quò possint inopem traducere vitam;

Ut possint & semet exhibere, atque patriæ & reipublicæ prodesse; ingenuis igitur studiis pater subministrare debet sumtus necessarios, quos filius regulariter fratribus conferre non tenetur, *l. 50. ff. famil. hercisc.* etiamsi à patre essent credendi animo annotati, tamen hisce detrahi oportet, quod alimentis, pro conditione filii, depensum est, quippe pater sibi impu-

tet,

tet, quòd filio talem comprobarit artem, quã
sibi citius quærere non potuerit necessaria: quæ-
stionibus & dubiis, quæ ab aliis hîc moventur
accuratiore judicio obviam processit Argentre
ad Consuet. Britann. art. 526. n. 6. quem secutus
ad decantatam *L. cit. 50.* ac penitus è Cathedra
publicè eandem interpretabitur

Nobilis & Clarissimus

DOMINUS

JOHANNES GOTTLIEB HORNIGK;

Qui, ut pro more, paucis recensatur ejus huc-
usque vitæ cursus, natus est, Zittaviæ in Lu-
satiâ, anno 1692. die 19. Januarii, Patre, Dno
CHRISTOPHORO HORNIGK, ibidem Cive
& Mercatore inçlyto; hîc, dum maturè morte e-
reptus, curam onusque educationis transtulit in
Matrem, Pietate & honestate commendatam
fœminam, ANNAM ELISABETHAM MÛS-
SIGGANGIN. Postquam itaque principiis chri-
stianæ religionis primisque literis erat imbutus,
in Gymnasium patrium à celebri quondam Re-
ctore, *Christiano Weiseo* receptus & informa-
tione ejusdem Collegarum usus est, nomi-
natum Dni *Knebelii*, jam Collegæ 6ti; Dn.

13

Joh-

Johanni; Dn. *Rückeri*, in Græcis; Dn. M. *Zigeri*, Cantoris; & M. *Curtii*, tunc temporis Collegæ tertii, illiusque successoris Dn. M. *Pitschmani*, qui nunc Subrektoris nomine salutatur; Dn. M. *Adam. Erdmanni Miri*, Conrektoris & post obitum B. *Weisii*, Dn. Rectoris M. *Godofredi Hoffmanni*, cui plurimum se debere ingenue fatetur. Hujus arbitrio Academiam Lipsiensem anno 1712. d. 18. Maji petiit, atque nomen matriculæ sub Rectoratu Magnif. Dn. *Joh. Georgii Abichtii*, Ss. Theol. Doct. & Theol. Facult. Prof. publ. ord. Postea Candidatus noster in studio Juris nactus est ductores famigeratissimos Jurisprudentiæ interpretes, Dnn. Dd. *Joh. Fried. Olearium*, tunc temporis P. P. Institutionum, nunc P. P. Codicis; in Institutionibus, Digestis & Jure Feudali, nec non Jure naturali *Carolus Otton. Rechenbergium*, isto tempore P. P. Jur. N. & G. *Luderm. Menccenium*, Consiliarium & Facultatis Juridicæ Lipsiensis ordinarium, cujus quidem in Collegio examinatorio ad Digesta & Jus Canonicum fuit occupatus; præter jam laudatos Jctos sedulo quoque auscultavit prælectiones Dni Doct. *Joh. Adam. Scher-*

Scherzeri, tunc temporis Advocati supremæ
Curiaë provincialis, quæ Lipsiæ cluet ordinarij,
nunc Facultatis Juridicæ Assessoris. In Practi-
cis fructus est informatione Dni, Doct. *Joh. Flo-*
rentis Rivini, Advocati jamjam nominata su-
prem. Cur. prov. Lipsienfis ordinarij; Dni. Doct.
Hilligeri, tunc P. P. ord. Jur. feudal ac tandem
Dni. Doct. *Friderici Philippi*, Facultatis Juridicæ
Lipsienfis Senioris; cujus indefesso studio tam
docendo, quam consulendo multum profecit.
Tandem studiorum fiducia praxin proprio mar-
te anno 1714. 25. Augusti ambivit, prius ab am-
plissimo Senatu Lipsiensi examinatus; Notaria-
tus verò dignitatem sub Comitiva B. Dn. *Qui-*
rini Hartmanni Schacheri, Consulis tunc re-
gentis, collatam suscepit; & denique patriam
reverfus per sexennium foro hactenus operam
insumpfit. Inopinatò autem intervenit occa-
sio, suadens admonuit Dn. Candidatum, ne ex
suscepto itinere Academicis honoribus vacuus
reverteretur; oblati igitur precibus nobis pro-
positum hoc sine insinuavit, quò, sub Reveren-
dissimo & perillustri Dn. *Hahnen/ Apostol.*
Sedis gratià Episcop. Metropol. &c. Universita-
tis

tis Rectoris Magnific. receptus in albo Univerſi-
tatis hujatis perantiquæ, ad examen Candidato-
rum Juris admitteretur; quod facile obtinuit ei-
que ad normam ſtatutorum Facult. noſtræ textus
ex Utroque, Canonico & Civili Jure, accuratio-
ris declarationis gratiâ, demandati fuerunt, quos
ſatis concinnè expeditit, nec non in ipſo exa-
mine tantum demonſtravit, unde judicari haut
difficulter potuit, nec otioſè, nec temerè labo-
res Theoriæ Jurisprudentiæ inſumptos ad frugem
perveniffe; idcirco nulli dubitavimus, quin ad
publica ſpecimina admitteretur; auſpicabitur
itaque Dn. Candidatus à Lectione Curſoria ad
ſupra citatam *L. 50. ff. famil. herciſc.* ſeq. die 8.
Jun. horâ 9. matut. cur. an. in Auditorio Jurid.
Colleg. major. quam ſequetur Diſputatio in-
auguralis DE PRÆJUDICIO TACENTIS
CIRCA CONTRACTUS. Quò autem actus
majore expediantur celebritate Dni Proceres,
Univerſitatis & literarum Fautores officioſè &
humaniter invitantur. Publ. ſub Sigill. Facult.
Jurid. I. Dom. Trinit. 15. Junii, anno 1721.

(L.S.)

ERFUERT, Diss., 1721/22

ULB Halle

3

001 585 339




56

VD18







B.I.G.

Black 3/Color White Magenta Red Yellow Green Cyan Blue



Farbkarte #13

172115

5

STATIS JURIDICÆ
DECANUS

H. HENRICH
Meier / JCTUS.

ALIS REGIMINIS CONSILIARIUS,
PROF. PUBL. UNIVERSITAT. ET FA-
RID. SENIOR NEC NON JUDICII PRO-
NCIALIS ASSESSOR PRIMARIUS,

L. B. S. & O.

ERFORDIÆ,
GROSCHIANS, Acad. Typogr.

